

Hæc sunt Clar. Viri, quæ quam potui brevissimè, vobis ita exigentibus
tibi de schola nostra statu propter conscientiam meam referre
debui, atq; oro suppliciter, ut si scholam nostram tranquillitate
ac diligentia laude florentem videre aliquando tandem velitis,
non postremam fidelium collegarum, operam illi salutarem navari
suum rationem et curam geratis. Valet in Christo
Heidelberga XX Augusti V. A.
1573.

Ἐπιπράξι
Ho Amplissimum Senatam Ecclesi-
asticam Palatinatus Inferioris,
Dominos et Patronos suos reverenter
colendos.

Studiosissimus

David Pareus, 2da Classis Pædagogus
Heidell. Præceptor.

199

Davidi Pareo Christ. Schillingius S.

Judicavit mihi Dñy Stubelius se tua intercessione, permotum emis-
se mihi vini plaustrum aut quiddam amplius, si tunc id velim recipere
55. florenis. Nam si nolim, et si qui emturi sint 60. Ego vero et ipsi
egi et nunc tibi ago gratias quam maximas, quod mihi gratificati
estis ista non contemnenda emtione. Emi superioribus diebus vinum
paulò viliori pretio Wackenhemic; sed pluris Neostadij. Nihil de ve-
strate, quod conquerar, habeo, si bonum est, ut spero, et conservatum
mihi integram et incorruptam, nequam potest, presertim cum tentari
constet. Ergo ne vicissim gratum semper invenietis. Nudius tertius
mihi Neostadium, ubi Chenopodij emi 2½ plaustra magno
pecuniam, et item Wackenhemicum, quæ excessit 300. florenos, quæ
quidem pecunia mea fuit, non mutuo accepta. Unde conjicis, me non
valde in aere esse, presertim tam citò. Sed expecto intra 8. dies
à Solonis 100. flor: item à quodam rustico 49. flor: à Berol. 10. flor:
circiter. Tum Vratislavienses, si velim, si nam nolim nisi coacti,
cum semper à mutuatione abhorruerim, prius mihi daturi sunt,
quam debeant, 100. florenos. aut amplius. Quare orabis me à causa
Dñam Stubelium, ut apud venditorem impetret non longi temporis
moram, si non n. immemor ero emti vini: si ita precise intra
octiduum non numerem pecuniam, aut at ipse suam fidem interpo-
nat, dum solvo. Intelligo, solutionem extrahendam minimè esse. Quod
si Dñy Stubelij daret interim de suo aliquot florenos, ut tanto
artior contractus sit. Recipiet à me. debet mihi etiam Reuburgij
ad 60. flor: et amplius, quam eundem Doct. Ehemij debuit mihi dare.
Sed percipere

sed peregrinari abest. Si novisti, ne, persuadebis, sicut debes, hinc Stubli
 ut omnem dubitationem ipse mittat, et alteri eximat. De vectura
 cogitabo suo tempore, saltem custodiatur vinum, ne, quia carius fit
 indices, ut damnum sarciantur, subtracto vino aqua infundatur. Sed
 de his jam satis. Petro soror uno die, filiolus viciorum altero obiit. So-
 rorem tibi decreveram, si voluisses, ut meus affinis fieres, sed aliter
 factum est. Novi aliam, de qua tibi dicam coram, si voles, postquam
 te juvare, ut dormientes tibi nuptiae conspiciantur, quas alii vigilantes
 non facile assequuntur. Qui erga te meo animo sit, perfectum
 habes, ut in maximis rebus, si quid possim, de me tibi plurimum
 polliceri debeas. Veniam ad te brevi, aut tibi scribam prolixè de
 rebus omnibus. Cogitarem ad te nuper, sed Rheus me attraxit.
 Nisi Stubli venisset, habuisses me intra biduum. Sed vale. Rex
 Poloniarum veniet post pauculas septimanas: Elector eum reci-
 piet 3. locis primum per Casimirum, secundò per Consiliarios,
 tertio per se. Ita secretum est, nisi irritum fit. Omnes miran-
 tur, cum Elector sciat, Gallum illum sibi sanguinem suum.
 Rex Gallia deducit futuro vere ad Metum 10000 equitum et 4000.
 pedum, sed non ultra. Fr. per Germaniam ibit vix 1500. hominum
 comitatu. In diebus Fuldensi prope Hifbach spoliati sunt servi
 Episcopi Sornaviensis praecipui legati, quos promiserant cum vasis ar-
 genteis et honorariis à Gallo acceptis, et quae ipse secum in Galliam ad
 sui ostentationem intulerat, estimatis 30000 coronatorum. Haec
 à Maxim. accipi, qui cognovit ex Electore. Pulverem misit Impera-
 tor ad Hispaniam; Casimirus et Christophorus succederunt. Quid
 futurum sit, ambigimus; statim Casimirus ad Augustam concessit. Vera
 et certa sunt, quae scribo; sed non possum plura. Vale.

data 4. Novembr. 1573.

T. Christ. Schillingig.

Weybach
 Reverendo viro, pietate, virtute, eruditione,
 ac fide praestanti hinc Davidi Lareo, Pastori
 Ecclesiae Hamburacensis fidelissimo, Amico
 suo unico charo. Hamburgh.

Taddaeo Hagenio ab Hageck S. Sac. Maj. Medico, And Judith
 S. P. Nescio quam ego Exi. V. graty fuerim, nec video causas, cur
 esse debuerm. Sed sanctè affirmo, jucundissimos mihi fuisse
 tuos sermones, legz ipsum suavissimum mi Domine Taddae.
 Utinam insigni aliquo documento testari possem me tui

2001